



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 35. Petri Decii Cardinalis fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

**Sæcul. XVI.**

A.C. 1600.

summorum Pontificum comitiis, in quibus ceteri Cardinales præcipue juniores juxta celeberrimi hujus Purpuratmonita, & consilia sese componere certabant: tandem vero vitæ suæ meritis plenæ cursum Romæ feliciter emensus est.

## S. XXXV.

*Petri Decii Cardinalis fata.***Ciacon. to. 4.**

p. 59.

**Thuan. l. c.****Ughel. Ital.****sacra de****Episc. Alb.****Aubery, in****vita Card.**

**M**ensem Augustum sibi exitalem habuit Petrus de Deza, seu Decius natione Hispanus, Antonii, & Beatus Gusmanæ Filius, necnon Lusitanæ Regibus sanguine junctus. Hic anno a partu Virginis millesimo quingentesimo vigesimo die vigesima quarta Februarii Tauri veteris Castellæ oppido natus, secundo vitæ suæ anno nondum exploto ibidem utroque parente orbatus relinquebatur: verum plus quam paterna Ulloæ Perniræ cura liberaliter educatus, tantum in literis profectum fecerat, ut Salmanticam missus decimo etatis suæ anno tam sacræ, quam profanæ Jurisprudentiæ operam navaret, ac nondum viginti septem annos natus jamjam in celeberrimo sancti Bartholomæi Collegio Professorem ageret, paulopost autem amplis undecim Diecebus tanquam Judex Metropolitanus ab Archiepiscopo Compostellano præfectus summi

summi judicij excellentia, ac singulari  
æQUITATIS studio hoc munus octo omni-  
no annis gerebat: postea a Carolo V.  
Cæsare, ac Hispaniarum Rege, cui sem-  
per charissimus erat, Pinciani Senatus  
Auditor, a Paulo IV. autem Calatravæ  
Archidiaconus in Ecclesia Toletana re-  
nuntiabatur, variisque aliis officiis per  
novem ferme annos egregie functus,  
invitus licet a Philippo II. Hispaniarum  
Rege Præses regni Grannatensis nomi-  
nabatur, ubi anno reparatæ salutis mil-  
lesimo quingentesimo sexagesimo septi-  
mo quasdam sanctiones ad extirpandos  
Maurorum ritus, sincerumque Catholi-  
cæ fidei cultum inducendum jam du-  
dum ab Hispaniæ Regibus conditas in  
usum deduxerat, summa animi excelsi  
magnitudine contemnens rebellium  
Maurorum insidias; quapropter a Re-  
ge in locum Joannis Austriaci regius  
Vicarius cum plena belli, pacisque au-  
toritate constitutus sedata rebellium  
conjuratione ab omnibus tanquam pa-  
triæ Pater, Religionis custos, ac liber-  
tatis Servator deprædicabatur. Tan-  
dem post tam præclara in Rempubli-  
cam christianam merita anno a Nativi-  
tate Domini millesimo quingentesimo  
septuagesimo octavo ad Philippi II. Re-  
gis preces, absens licet, a Gregorio XIII.  
Purpura Romana decoratus fuit, ac ti-

Sæcul. XVI.

A.C. 1600.

Q q 5 tulum

**Sæcul. XVI.**  
A.C. 1600.

tulum sanctæ Priscæ, Biretum vero Valisoleti per Joannem Baptistam Magnanum Bononiensem Nobilem die vigesima secunda Martii obtinuit, ac bie-  
nno post Romam profectus in publico Purpuratorum Senatu rubrum Gale-  
rum ab ipso summo Pontifice accepit.  
Postea totius Hispanici Regni Protec-  
tor, necnon Regis Catholici Orator de-  
claratus gravissimis Sedis Apostolica  
negotiis, necnon sacræ Inquisitionis tri-  
bunali præficiebatur: insuper promo-  
vendo Religionis cultui summopere in-  
tentus Festum Nominis Beatæ Virgi-  
nis in Conchensi Ecclesia quotannis so-  
lemniori pompa annuente Sixto V. ce-  
lebrari præcepit, necnon divum Dida-  
cum Sanctorum fastis adscribi procu-  
rans plura alia pietatis suæ specimina  
edidit. Demum ad regendam Alba-  
nensem Ecclesiam selectus, atque in ele-  
ctionibus Sixti V. Urbani VII. Gregorii  
XIV. Innocentii IX. & Clementis VIII.  
suffragio suo concurrens octuagenario  
major die vigesima septima Auguſti Ro-  
mæ obiit, cuius corpus sepultum est in  
Ecclesia sancti Laurentii in Lucina, in-  
de in Hispaniam successu temporis  
transferendum. Perorabat in ejus fu-  
nere Franciscus de Cabrera, cuius ora-  
tio in Pontificum Romanorum historia  
a Ciaconio descripta habetur.

§. XXXVI.